

1251

pag. 144

Conradus rex filius Friderici ex Germania in Apuliam profectus suscepto eo regno deinde proximo | anno⁵⁷⁾ veneno extinctus moritur id procurante Manfredo⁵⁸⁾ fratre notho.

1252

1253

Manfredus Friderici imperatoris ex concubina⁵⁹⁾ filius regnum Sicilię obtinuit.

His et superioribus annis comes Rüdolfus de Habsburg cum aliis nobilibus ex diocesi^{k)} Basiliensi et Constantiensi adheserunt Friderico secundo et Conrado filio eius contra papas et episcopos Argentinenses et Basilienses ac prelatos papę adherentes. Aliquot etiam nobiles et cives Basilienses Friderico adherebant contra suos episcopos et papam.

Waltherus de Gerolzeck⁶⁰⁾ episcopus Argentinensis cives Argentinenses excommunicavit^{l)} et bellum intulit.

Comes Rudolphus devastat⁶¹⁾ Basilee et predatur cum suis adiutoribus monasterium monialium sanctę Marię Magdalenę in suburbio ad lapides, id est Steinen vorstat; ob id ab Innocentio excommunicatur⁶²⁾ cum suis complicitibus^{m)}.

^{k)} *Hs. diocesis*

^{l)} *Hs. excommunicat*

^{m)} *Hs. folgt ut sequitur, was sich auf die pag. 145/46 abgeschriebene Bannbulle bezieht.*

⁵⁶⁾ *Ste. Croix-en-Pleine. Kloster OSB und Dorf südl. Colmar.*

⁵⁷⁾ *Vielmehr 21. 5. 1254.*

⁵⁸⁾ *Manfred 1232—1266.*

⁵⁹⁾ *Bianca Lancia.*

⁶⁰⁾ *Walther von Geroldseck Bischof v. Straßburg 1260—1263. Ausbruch der Feindseligkeiten und Interdikt fallen in den Juni 1261. Die Nachricht steht hier unter 1253 an falscher Stelle.*

⁶¹⁾ *Dieser Zug 1253 oder 1254.*

⁶²⁾ *Bannbulle Innozenz' IV. 18. 8. 1254. Vgl. O. Redlich, Rudolf v. Habsburg (1903) S. 84, Anm. 1.*